Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



31

modestia omnibus sedatio perturbationum animi et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id quod dici latine decorum potest. Dicere enim [illegible] dicitur decorum. Huius vis est ea ut ab honesto nequeat separari. Nam quod decet honestum est et quod honestum est decet. Quales autem res sint honesti et decori, facilius intelligi quam explanari potest. Quicquid est enim quod decetat id tum apparet cum antecessa sit honestas. Tantus non solum in hac parte honestatis de qua in hoc loco disserendum est. Sed etiam in ceteris superioribus quid decetat apparet. Nam et ratione uti et oratione prudenter et agere quod agatis considerate omnique in re quid sit veri videre et tueri decet. Contra falli labi decipi tam dedecet quam deliberare et mente esse captum. Et iusta omnia decora sunt in iusta contra ut turpia sint indecora, similis est ratio fortitudinis. Id enim virilius animosque magno fit id dignum viro et decorum videtur. Id contra id ut turpe fit indecorum. Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc quod dico decorum et ita pertinet ut non secundum quadam ratione cernatur sed sit in promptu. Est enim quidem videlicet intelligitur in omni virtute quod decetat quod cogitatione magis a virtute potest quam re separari. Ut venustas et pulchritudo corporis se cernit non potest a valitudine. Sed hoc de quo loquimur decorum totumque illud est cum virtute confusum, sed mente et cogitatione distinguitur. Est autem eius